

*ptomica* est, cum natura ante coctionem materiae vel quantitate vel qualitate, i. acrimonia aut malignitate stimulata, talem expulsionem tentat, licet parum utiliter, quia non fit simpliciter robore naturae, sed natura ab humoribus incitatur, coctione nondum absolutâ.

## XXIV.

Alij totius corporis intemperiem calidam & siccam Jcterum caulare statuunt, quod illius excessus sanguinem alimentitium in bilis naturam convertat. Alij ut *Nicol. Piso lib. 3. c. 27.* & *Holler. de Jctero* addunt suppressos menses in virginibus & mulieribus.

## XXV.

*Symptomaticy aliq Critiq.* Cognitis causis Jcteri nunc ejus *Differentia* inquirendæ veniunt. Variæ quidem sese offerunt, potiores tamen à *Forma* & *subjecto* & *causa efficiente* capiuntur. *A Forma externa seu colore*, dum alius magis minusve flavitie tinctus, alius ad viridem, plumbeum aliumve colorem magis inclinât. Sed cum hi colores, tantum majore & minore gradu inter se differant ideoq; ad flavum & nigrum commodissimè referri possunt. *A subjecto*: alius est ex vitio Epatis, alius ex vitio lienis, alius ex vitio folliculi bilarij, alius ex vitio totius corporis. *A causa efficiente*, alius ex Intemperie, alius à sanguine corrupto, alius ex Scirrho hepatis, alius ab alia causa, compressione, oppilatione, veneno & vi externâ. Hisce accedunt differentia, quæ essentiam consequuntur, ut *ratione Symptomatum*: alius cum febre, alius sine febre; alius cum morbo acuto, alius absq; eo; alius cum, alius sine inflammatione. *A Tempore*: alius incipiens, alius inveteratus & confirmatus, alius citius, alius tandiùs hominem afficit.

## XXVI.

Cum ex sententia *Fernelij l. 2. Pathol. c. 7.* sit gnorum tantum sit necessitas, ut his sublati medicæ artis fundamenta corruant; non abs re erit, antequam ad curationem nos adcingamus, exactiùs illa perpendere. Signa autem alia præsentem constitutionem, sive secundum naturam sive præter naturam ea sit demonstrant; alia futuram prænunciant; Illa *Diagnostica* hæc *Prognostica* vocantur.

## XXVII. In